

Band V., Nr. N18b, Seite 393-395

*Verzeichnis von Einkünften des Klosters St. Gallen. Auszug in Bezug auf
Orte des Königreichs Württemberg*

Ohne Ortsangabe, Ohne Zeitangabe (um 1200 ff.).

In curia Celle¹ singulis annis dantur CLXX maltra avene et LVI mod. tritici, preter octavam partem modii, et ista omnia sunt de minori mensura. Et notandum, quod istud frumentum tantummodo datur de mansibus et non de ipsa curia. Item de ipsis mansibus dantur LVI porci, minus una quarta unius porci. Item XVII oves annuales et agni XIII dantur. Item pro opere II lb. et IX sol. dantur, et Uffinsumir² datur lib. I. Ze Shattenbüchun dantur II lb., quarum I datur in hospitale. Item in Wuffinreit in festo Margarete datur I lb., et taberna dantur VII sol. Et de piccariis dantur III sol. Item IIII mod. salis minoris mesure. In Purificatione dantur scutelle XXX. Item in festo Walpurgae scutelle XXX, in festo sancti Galli XXX scutelle. Item de quolibet mansu in Purificacione V pulli dantur et in Madio de quolibet ova XXX^a. Item von cinseigin datur sepum, quod cum iuramento debet valere sol. VII et den. III. Item piscatores ad minus ter in anno tenentur servire domino abbati cum piscibus^b secundum mandatum et beneplacitum ipsius domini abbatis. Et sciendum, quod molendinum, quod dicitur Vronmuli, debet dare in curiam XXXIX mod. frumenti, quod dictum est mulkorn, cum quibus nuncii domini abbatis recipi et hospitari debent; necnon et cultores agrorum tempore Marci inde pasci tenentur. Item de eodem molendino dantur IIII sol. ter in anno, cum quibus res domini abbatis reponi et conservari debent. Item sciendum est, quod homines de villa, que Celle dicitur, singulis septimanis debent operari III dies in curia, quandocumque cellerarius indiget ex parte abbatis. Est etiam^c sciendum, quod dantur XXXI hübtüch. Item de curia Celle dantur II porci et in principio Madii XL fasciculos porri^d et X anseres in festo beati Galli et XVI pulli et nigrum pallium domino abbati, preposito vero nigrum pallium et mensale. In principio vero Madii nuncio

^aDer Satz *Item bis ova XXX* steht in B vor den Sätzen *Item bis XXX scutelle*.

^bHinter diesem Wort steht in beiden Exemplaren *ss*, *vielleichteine Abkrzung frdas, dochnochausgeschriebene secundum*.

^cB hat *Etiam est*.

^dB hat stets *porci*.

¹Kißlegg.

²Sommershalden.

domini abbatis VI den. De frumento vero, quod de ipsa curia datur, nulla^e institutoris certitudo haberi potest; sed super rebus ut tunc se habentibus datur annuatim. Item sciendum, quod magister operis decimas mansuum in curiam deducere ac reponere tenetur, quantitatem autem solutionis ignoro. Item villicus dat XII scapulas. Item sciendum, quod census unius mansus dantur domino L. de Schoninstein^{f3}. Item forstaro dantur census dimidii mansus. Item magister operis recipit census dimidii mansus. Item sciendum est, quod universaliter iam sepius supradicte curie sunt XXXVI mansus et dimidia quarta et^g LV scopūze pertinentes. Preterea cellerarius preter predictos census debet dare villico porcum valentem denarios decem et octo.
 In curia Wangin dantur XXXII porci de VI mansibus et LXXXV malt. avene et dimidium minoris mesure, et XIII malt. tritici eiusdem mesure; et X mansus dant X hūbtūch, reliqui vero VI mansus dant III hūptūch. Magister operis tenetur^h dare de officio suo VIII lb. et II sol. Item de mansibus predictis dantur XVII oves annuales et II agni et XII lb. minus VI sol. De Wiseflekon X mod. salis minoris mesure. Zemⁱ Hage III mod. salis eiusdem mesure. Zin Puzzon⁴ VI quart. salis rasa eiusdem mesure. Ministro autem in Brahsperc, quicumque sit ille, dantur VII malt. avene eiusdem mesure de gratia, non ex iure. De thelonio dantur III lb. Villicus I lb. et XXIII scapulas. Cellerarius dat de curia in festo beati Galli II porcos et XVIII malt. avene minoris mesure. De predictis autem censibus recipit villicus I porcum et II maltra avene et dimidium et I mod. salis parve mesure, et I mod. tritici eiusdem mesure. Item magister operis recipit I porcum et II malt. avene et dimidium et I mod. tritici parve mesure. Et sciendum, quod Plucli dat duo sol., quod recipit C. de Roshach^j de gratia, non de iure. Et sciendum, quod de quolibet mansu cellerarius debet dare in principio Madii XXX ova et in Purificatione V pullos et in principio Madii XL fasciculos porri^k. Et tunc idem cellerarius debet dare nuncio domini abbatis VI den. Item sciendum, quod magister operis dat de decimis XL malt. avene mesure Lindaugⁱnsis. Et cellerarius dat de quadam alpe V caseos. Preterea iam dictus cellerarius exclusis censibus predictis tenetur dare villico porcum, valentem denarios de-

^eDieses Wort fehlt in B.

^fIn beiden Exemplaren *Schoninslein*.

^gDieses Wort fehlt in B.

^hIn B steht *de* mit Abkürzungszeichen für *ur* (? *debet, tenetur*).

ⁱIn B steht *Cem*.

^jIn B steht *Roschach*.

^kB hat stets *porci*.

³Ruine Alt-Schönstein.

⁴Wohl Butzmann, Wangen im Allgäu, RV, wenn nicht Butzen, Hergatz, LI.

III

cem et octo . . .

 Hii¹ sunt redditus curie, que dicitur Wurmlingin: de XVI mansibus LXXII malt., duas partes tritici et tercia pars lentium. Item VII^m scopoze dant XXIII sol., [in] festo Walpurgis pro frishingis XXXII sol.; in festo Udalrici II lb. dantur abbati pro panno, in Palmis VII lib. et III sol. de mansibus, in Nativitate domini II lb. et VI sol. de domiciliis fori. De thelonio III lb. dantur; ex hiis autem dantur in festo Iohannis Baptiste II lb., in Nativitate domini relique II lb. Pro vadio villicus dat lb. I, de molendino curie XI sol., de mansu quolibet III galline in autumpno procuratⁿ. Item vadia ibidem ter in anno abbatis sunt; sed villicus pro eisdem^o dat lb. I. Summa denariorum huius curie XVIII lb. et II sol.

 Frumærrun^p. In hac curia sunt XII mansus minus tercie partis et VI scopoze; isti mansus dicuntur biuringeshûbe; unusquisque mansus in festo Walpurgis II frihshingos intonsos, in festo Michachelis^q XII ulnas panni linei claustro et hamus, una urna mellis, in Nativitate I porcum valentem fertonem. De duobus mansibus, que dicuntur plani, porcum valentem VI sol., et hii mansus tenentur arare et metere et conducere census Ratolfcelle et dant XII ulnas; sed ne arare iubeantur, dant XVI sol., dantur etiam pro domiciliis VI sol., in festo Galli de diversis etiam vicis XVI sol., in festo Walpurgis de opere Madii pro conductione vini XX sol. Item de curia predicta LXVII malt. tritici VIII malt., que dicuntur mulkorn. Summa denariorum huius curie III lb. et VIII sol.

 Truhtolvingin. In hac curia sunt XV mansus, dimidie dicuntur buringeshûbe et dimidie plane, quorum quelibet dat II berbices annales intonsos in festo Walpurgis et XII ulnas; et de illis, que dicuntur buringeshûbe, quilibet urnam mellis in festo Michahelis dat, in Nativitate domini porcum valentem fertonem, sed in voluntate abbatis est, quod horum velit accipere. Summa census frumenti istius curie est XL malt. tritici, summa denariorum lb. III.

 Decima in Wurmlingen^r spectat ad officium portarii, que dicitur portzehende; omni anno debet colligere.

 Decima in Truhtolvingen similiter debet colligere, que dicitur portzehende.

 Decima in Frumerrun que dicitur portzehende omni anno solvit X malt. tritici.

Nach HERMANN WARTMANN (BEARB.): Urkundenbuch der Abtei Sankt Gallen, 4

¹In B steht *Hic*.

^mDie Zahl fehlt in B.

ⁿIn der Vorlage steht *pro* in der gewöhnlichen Abkürzungsweise, daneben rechts über der Zeile *cat*; B ist hier ganz unverständlich.

^oB hat *end* mit Apostroph.

^pSo in der Vorlage A

^qB hat *Michahelis*.

^rB hat *Wurmlingen*.

IV

Bde., Zürich und St. Gallen 1863-1899 [unveränd. ND Frankfurt am Main 1981], S. 757, aus dem der Handschrift nach dem 12./13. Jahrhundert angehörigen Codex 547 der Stiftsbibliothek St. Gallen, S. 414 (A). Dabei ist der Schluss über die Zehnten in Wurmlingen etc. von einer anderen Hand als der übrige Text.

 Die Abweichungen einer etwa 50 Jahre jüngeren Handschrift des Stiftsarchivs (B), die auf die gleiche Quelle zurückgeht, vielleicht eine unmittelbare Abschrift derselben ist, sind in den Anmerkungen angegeben.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

Kantonsbibliothek St. Gallen

Signatur/Titel des Originals:

Codex 547, S. 414

Editionen:

Codex traditiones, S. 615, Nr. 1038.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Ortsindex:

(Burg) Württemberg Wüstung (21519)
 (Burg) Württemberg, Stuttgart, S, W
 Alt-Schönstein (Burg), Möggers, Vorarlberg, Österreich, W
 Butzen, Hergatz, LI
 Butzmann Wohnplatz (20344)
 Butzmann, Wangen im Allgäu, RV
 Frohnmühle Wohnplatz (19635)
 Frohnmühle, Kißlegg, RV
 Frommern Wohnplatz (16264)
 Frommern, Balingen, BL
 Hag Wohnplatz (20386)
 Hag, Wangen im Allgäu, RV
 Kißlegg Wohnplatz (19668)
 Kißlegg, RV
 Leupolz : Wangen im Allgäu RV
 Leupolz Wohnplatz (20437)
 Radolfzell am Bodensee Wohnplatz (14565)
 Radolfzell am Bodensee, KN
 Rorschach, Kt. St. Gallen, Schweiz
 Schattbuch Wohnplatz (18735)
 Schattbuch, Amtzell, RV
 Sommershalden Wohnplatz (19732)
 Sommershalden, Kißlegg, RV
 St. Gallen, Kt. St. Gallen, Schweiz
 Truchtelfingen Wohnplatz (16610)
 Truchtelfingen, Albstadt, BL
 Waffenried Wohnplatz (19756)
 Waffenried, Kißlegg, RV
 Wangen im Allgäu Wohnplatz (20537)
 Wangen im Allgäu, RV
 Wiesflecken Wohnplatz (18768)
 Wiesflecken, Amtzell, RV
 Wurmlingen Wohnplatz (14205)
 Wurmlingen, TUT